



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

28 Successionis ius in beneficiis detestabile.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

cōmereia, vtpote iuris publici vel sacri verius, facile quivis intelligebat de talibus alienandis vel solū cogitare piaculū fore; quandoquidem non patrimonij iure talia possidētur sed mero beneficij titulo pro sanctis laboribus ecclesie impensis. quo fit vt & successione iure quippiā talibus in rebus fieri semper habitū sit & adhuc habeatur atq; re vera sit detestabile & abominabile canonibus non antiquis tantum verum etiam & mediis & recentioribus & recentissimis quibusque. c. Moises. c. Apostolica auctoritate. cū seqq. 8. q. 1. c. 5. Synodi Romanæ sub Hilario Papa celebratæ sub annū Christi 465. Tom. 2. Concil. apud Surium. c. 1. de præbend. c. accepimus. de pact. c. ex trāsmisā. in fin. c. ad extirpandas successiones. de filiis Presbyt. c. ad hæc de deci. c. cōsult. de iure Patronat. c. cū in beneficiis ea quæ hereditariæ successione imaginem referunt & c. quod est numero septimum Reformationis in Concil. Trident. sess. 25. Sanctuarium nempe Dei iure hereditario possideri non debet, vt Alexander Tertius aliquoties inculcauit d. c. adhæc de decim. & d. c. cōsult. de iure patronat. allusione facta scilicet ad illū psalmi octuagesimi secundi versiculum in impios, internecionem populo Dei veræque religioni minitantes, ac dicentes, *Hereditate possideamus sanctuarium Dei.* Quod autem varia depræhendantur tum in ecclesiasticis historiis tum in canonibus exēpla virorum quorundam piissimorum qui successorē sibi nominaverint, quod & ipse D. Petrus fecisse legitur, non

28

Successionis  
ius in benefi-  
ciis detesta-  
bile.

29

Sanctuarium  
Dei iure he-  
reditario non  
possidendum.

30

Nominare  
successorem,  
huc non per-  
tinere.